

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Promptvarii exequialis pars ...**

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive  
scripturae dicta varia ...

**Bidembach, Felix**

**Francofurti, 1625**

Thema XXXII.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

Inque resum  
humo dicit  
ti, homosap  
tus eis est? 2  
10. vers. 11. 1  
issima; ex al  
terro & chalyb  
infusa tam  
est, si promis  
in post morte  
robustus & vi  
limus transi  
to transit vi  
ti, &c. compu  
et: etiam hodo  
fians & pulch  
quid enim des  
xi. Nequeq;  
at.  
ore, illud fai  
pit.  
er cogitamus  
a terram resum  
ita repeat, q  
it, veibi compu  
a puluerem redi  
ram. Vide enim  
Mo

MONAT meditatio huius loci, de peccato; propter quod in terram reuerteendum homini: cum alioquin in celum, non in terram fuisset transferendus, sicut Enoch Gen. 5. v. 24. & Eliaz contingit, 2. Reg. 2. Peccatum itaque detestemur, quod corruptionem super nos induxit.

CONSOLETVR autem nos vicissim idem locus, quod quia in terram seminatur homo, etiam de terra resurget, & sicut granum tritici tum vivificabitur, cum appareat mortuum, 1. Corinth. 15. Et tanto magis solerunt quod resurget spirituale, immorale, &c. ibid. vers. 42. Hoc vehementer recreat Hiobum cap. 19. v. 25. Scio quod redemptor, &c. Non igitur graue sit, quod in terram es seminandus, quia ex terra resurges. Sepulchrum reddit mortuos. Apoc. 20. v. 13.

F I N I S.

## THEMA XXXI.

Hiob. 14. v. 1.

*Homo natus de muliere breui viuens tempore, &c.*

Dispositionem huius Thematis vide supra in I. parte  
Promptuarii, Classe VI. Numero VIII. pag. 280.

## THEMA XXXII.

Hiob. 14. v. 5.

Determinati dies hominis, numerus mensium apud te:  
constitutissi ei terminum, quem praterire non poterit.

Insignis est hic locus Hiobis, Diuinam nobis prouidentiam illustrans, quæ inter alia hoc loco, maxime circa vitam hominis, sic occupata esse cognoscitur ut cuique certus viuendi terminus, iam constitutus & præfinitus, atque in libro Dei, Psal. 139. v. 16. annotatus & consignatus sit. Hæc omnia ut facilius assequamur, verba Hiobis singula, primum examinabimus diligentissime, ( habent enim

enim emphasis pleraq; & deinde sequuntur methodum Paulinam Rom 15. v. 4. 2. Tim 3. v. 16 doctrinam, conlationem atq; admonitionem ex his percipiemus.

## Textus.

1. Determinatum est tempus. Sic scilicet primam tempus nascendi Eccl. 3. à Deo determinatum est cui liber ille quo nascitur Isaacus, cum Abraham & Sara sunt in flore aetatis, & hæc eadem vniue exoptant. Quia aliud tempus determinatum erat Apud Deum, vbi illud aduenit, nascitur Isaacus. Gen. 21. v. 2. Ita Samuel. I. Sam. 1. v. 17. Et Iohannes Baptista nascuntur, non vbi hoc parentes optant, sed tempore desinito, vbi Deus exoratus fuit ab Hanna. Qui enim conceptum dat, ut de Rebecca legitur in vers lat. Gé. 25. v. 21. & qui nouit antequam in utero formentur homines, Ierem. 1. v. 5. is definit tempus nativitatis. Ita tempus vita & tempus mortis determinat. Tempus enim moriendi etiam Eccl. 2.

De termino vitæ potissimum intelliguntur ea, quæ hic sequuntur.

2. Numerus mensium apud te est. Tu iam in numero habes, non annos tantum vitæ, sed & menses. Imo dies etiam Psal. 139. v. 16. cumque adhuc non sciretur quæquam de homine nascituro, dies vitæ ipsius iam consignati fuerunt.

3. Non autem initium vitæ & progressum tantum, sed etiam finem & terminum vitæ nouit Dominus.

Tu enim, inquit, terminum ipsi constitueristi.

Sicut enim Iehiskræ Dominus annos vitæ quindecim donauit, quibus debeat viuere, cum naturaliter alioquin morti vicinus esserit etiam post exactos an. 15. moritur.

4. Quod si maxime conetur aliquis terminum vitæ suæ prorogare, & finem vitæ reiicere in aliud tempus magis (ut ipsi si videri possit opportunum, nihil efficiet. Etenim terminus à te ipsi constitutus præteriti haud quaquam potest.

Do

DOCTRINA. Docemur, s<sup>e</sup>pius id memoria repetendum, quod Psal. v. 16 dicitur, *In manibus tuis tempora mea*.

H<sup>e</sup>c enim meditatione non parum utilitatis afferet.

1. Sic enim non curiosius inuestigate conabimur, quot annis nobis vivere licet, quando moriendum, &c. Piis sufficit, scilicet esse moriendum: id omnibus constitutum, Hes. 9. nec post multos annos, cum vita brevis sit & transitoria.

Quod vero multi ex astrorum positu, & aliis ex Chiroscopio, illi ex aliis ditinationum generibus inquirere tentant, (sive id nos petamus, sive sic nobis persuadent Genethliaci aut Diuinatores vani) illud est impium & impossibile. Impium, quod scrutari conantur ea, quae Deus sibi soli reseruauit. Hinc Job, Tu constituiisti. Apud te numerus mensium Et sic apud ipsum h<sup>e</sup>c sicut ut nolit nobis reuelare. Hinc grauissime inuechitur in Astrologos Esa. 47 v. 3. impossibile est, id posse hominem inquire & scire, quod Deus omnes voluit ignorare & studuisse occultauit: atque hunc honorem se sibi soli reseruare ait, quod futura possit praedicere, Esa. 46, vers. 10. Inter quae certe etiam est hora mortis.

Quod si aliquid terminum mortis verum praedixerunt Astrologi, non mirum. Quia qui frequenter calculatur interdum collimat, nondubet viderieg<sup>e</sup> egius artifex sic ne Genethliacus propterea verax. Et falsi ratiuum Astrologorum dicta pauci recordantur: Vera celebrent pro admirabilibus.

Parco illis, ne cum Augustino dicam, illa astrorum iudicia interdum ex pactis cum d<sup>e</sup>monibus, & instinctu eorum occultissimo esse, quae nescientes humanæ mentes patiuntur, &c. Ille fortunatior in praedicendo, qui fauientiorem habet d<sup>e</sup>monem magisque propitium ait Augustinus. Vide lib. 5. de ciuitate Dei, cap. 7. quibus argumentis es nunquam, Astrologos vanam scientiam profiteri. Mouit haud dubie Augustinum, quod etiam

F 5 di-

## CLASSIS X.

90 diabolus diuinare solet de tempore mortis , sicut dixit Sauli, eras mecum eris. Et ne is quidem hoc per se certo vñquam scire potest.

Solus Deus est, qui reuelare potest mortis horam : sicut per Prophetam prædictum mortem Hananiæ , Jer. 28.v. 16. & mortem Benhadadi , 2. Reg. 8.v. 10. filii Jeroboam Abiæ 1. Reg. 14.v. 12. Mosis & Abaroni reuelat , Num. 20. 27. Et singulari consilio id reuelauit Petro . 2. Pet. 1.v. 14. Nobis vero hoc ipsum studiose occultat , ne vñquam simus securi, sed semper accincti lumbis , Luc. 12.v. 35. & habeamus lampades instructas. Matth. 25.v. 7.

2. Videmus quam vana sit persuasio quoruadum, qui vitam aliis ad centesimum usque annum prorogare, (nescio quibus artibus) conantur : cum suæ vitæ terminum ipsi nesciant. Stulti qui sibi rapere conantur, quod solius Dei est. De hoc alias.

**C O N S O L A T I O** etiam perenda ex hoc loco Hiobis : ne timeamus nobis vel à periculis, quæ in vocatione nostra sunt adeunda : vel etiā ab his, qui cupiunt occidere. Quia ante terminum, quem Deus constituit, nemo poterit nos perdere. Quod si hora mortis instar, perinde est, quo generem mortis pereat, qui semel moriturus erat.

Capilli capituli numerati, Matth. 10. Et angelus defendit in vocatione nostra, hoc est, quod dicitur in viis suis. Psal. 91.v. 11. De cæteris alibi plura passim.

**A D M O N I T I O** quoquid necessaria est, partim propter Stoicos, qui fatalem terminum, & necessitatem fatalem faciunt: quæ trahat fures ad suspendium, quod non possint evitare : aut faciat homines fæcire in proprium corpus, ut solent autophoneutæ : quia sic fit decretum à Deo, &c. partim propter Epicuræos, qui casu hominem fortuito mori putant, &c. vt illi Sap. 2.v. 2. & qui dicunt, Edamus, bibamus, 1. Corinth. 15.v. 22. Es gilt doch gleich. De his vide Dispositionem Thematris sequentis , parte 1. &c.

F I N I S.

THE-